



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

8. Amor Mariæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

Octauum Privilegium.

AMOR MARIE

- I. In materia nobilis.
- II. Informa cognoscibilis.
- III. In quantitate magnus.
- IV. In virtute inexinguibilis.
- V. In pondere stabilis.
- VI. Summus in natura.
- VII. Immensus in gratia.
- VIII. Maximus in conuersatione.
- IX. Causa mortis sed beata.
- X. Neq; etiam morte interruptus.

Declaratio.

I.

In Materia stabilis.

S. Thom.
opusc. 61.
art. 48.
S. Idelphös.
de Assump.

HÆc est prima conditio beatifici & seraphici amoris, iuxta S. Thomam, nimirum, ut sit in materia nobilis: etenim non nisi Deum pro obiecto habet aliud quicquam respicit extra Deum; eadem enim, & quidem cum excessu infinito sibi reddens Virginis, quia, veluti ignis ferrum, Spiritus sanctus tam decoxit, incanduit, igniuit, ita, ut sola Spiritus sancti flamma videatur, nec sentiat alia, nisi tantum amoris Dei.

II.

In forma cognoscibilis.

Hæc est secunda amoris Seraphinorum

& secundum privilegium amoris Virginis; siquidem nō comprehendebatur sub illa uniuersali regula: *Nemo scit, utrum odio vel amore dignus sit*, cogescebat namque se esse in gratia & charitate Dei constitutam, non per viam coniecturæ & cognitionis probabilis tantum; sed per certam euidentemque scientiam, uti supra dictum fuit. ratione privilegii scientiæ supernaturalis infusæ. *S. Ildephōs. loc. cit.*
Quia de causa ab Ildenphonso charitas Virginis vocatur *flamma visibilis*, nempe visibilis ab ipsa Virgine.

III.

In quantitate magnus.

Quia Cherub dat & mensurat ignem, amor correspondet cognitioni Seraphinorum, & quia horum cognitio est in altissimo gradu, in eodem constituta eorum charitas: & amor Virginis hoc alio gaudebit privilegio, quod sit in quantitate non solum magnus, sed maximus, summe & immensæ cognitioni proportionatus. *Exech. c. 10.*

IV.

In virtute inextinguibilis.

Amor beatificus in cælo neque per defectum matæ, neque propter coniunctionem aut concurrentiam contritorum deficere potest, semper namque laudando Deum occupati sunt & remoti ab omni peccato: *Huiusmodi erat ardens Virginis charitas, in virtute inextinguibilis, quia nunquam à continua laude & gloriâ Dei cessabat, neque ulli vaquàm defectui aut culpæ etiam minimæ indulgebat aditum; in alijs econtrâ notat Thomas, quod Charitas frequenter extinguatur, nunc in uirtuâ lignorum, nunc inundantiâ aquarum, cum vel desunt necessaria, vel assumuntur contraria,* *S. Thom. lo. cit.*

V.

In pondere stabilis.

Amor Dei in patria est in pondere stabilis, quia inhaeret centro, quemadmodum ignis propria Verum tamen si amor Virginis sit stabilis, ut est Beatorum, ex eo quod dimigi nequeat; stabilis non est & firmus in eo, quod Beatorum amor crescere & augeri non possit; vadè Amor istum excedit, quia cum impeccabilitate seu impieccandi, de qua supra, habebat virtutem, quae proficere poterat in merito; idque ex hac parte est firmus & stabilis.

VI.

Summus in natura.

Quia summo amore naturali diligebat Christum si in hoc amore, quo Matres amant prolem suam, inueniunt excessus, quando per similitudinem separationem separant à Christo: in B. Virginis amore huiusmodi haud poterat committi excessus, quia amor ille sanctissimam Virginem magis magister semper uniebat, & idem ille, quem ipsa quaeque naturaliter proferebatur amore, simul erat. Praeterea subdit S. Bernardus aliam quandam naturam naturalem huius amoris Virginis, quae quod Christus, ut homo, totus fuit de substantia ubi reliqui omnes filii generantur quoque de Patris.

VII.

Immensus in gratia.

Et hic amor, ut potè fundatus in gratia, longe est praecedente fundato in natura, idque est in rium Sanctorum (inter quos praecipuus Patris).

S. Bern.
som. 3. de
gloriosa
nom. Ma-
ria art. I. c.
3.

ham qui proprios morti consecrarunt filios solo amore Dei ducti, claram & manifestum est. Et hac supernaturali charitate Virgo instructa Christum respiciebat quinque modis: primo vt Deum summum bonum, & in seipso infinitum, infinitum in sua essentia, & in omnibus suis attributis & perfecti onibus.

Secundo, tanquam hominem, secundum perfectiones supernaturales gratiarum, virtutum & vnionis personali, quibus sanctissima Christi anima dotata erat.

Tertio, tanquam benefactorem, à quo & receperat beneficia vniuersalia creationis, redemptionis &c. & particularia sibi specialiter concessa, vt fuere tot ac tanta Virginis priuilegia, maxime verò donum & beneficium illud Maternitatis.

Quarto, tanquam proprium filium, & hunc vnicum, & sine Patre in terris nato: vnde utrumq; amorem illi prefabas, vt Mater, simulac vt Pater, neque hunc amorem suum cum aliis diuidebat filiis, & in hac consideratione recognoscebat quidem se vt innumeris à Christo ditatam beneficiis; id tamen non obstabat, quo minus et to quodammodo appellari & censei poterat tanquam benefactrix Christi, cum vt Mater Christo suppetant esse creatum & humanum: Et hoc est stupendum miraculum, & inaudita altitudinis fastigium, vt à muliere Dei filius quodammodo recognoscere videatur suum esse humanum.

Quinto & vltimo amabat Deum tanquam vltimum suum finem supernaturalem, quia ambulabat ad faciem eius intuitum, ad immediatam & intimam vnionem, ad beatissimam visionem.

S. Anselm. de B.V. c. 4.

S. Bern. 10. 3. serm. 11. a. 2. c. 2.

Caribus. serm. 1. de Assumpt.

VIII.

Maximus in conuersatione.

Vltra amorem naturalem & supernaturalem consideratis. Antoninus tertium acquisitum, nempe amorem conuersationis B. Virginis cum Christo qui semper acceperit propter innumeras quasi actus, continuasque operationes Christum inter & sanctissimam Virginem exerc-

S. Anton. p. 4. tit. 25. c. 21. S. Anselm. de B.V. c. 4.

Handwritten text in red ink, possibly a library stamp or a note, partially obscured by the binding.

exercitas, quando simul conuersabantur, loquebantur, comedebant, quando Virgo Mater subblando puerulo IESU, cum tenebat, amplexabatur, amplexabatur, & in mutuo isto contractu, quando aut tangabat Christum, aut Christus castissimam Virginitatem, in magna abundantia & copia communicationis sanctissimæ Matri augmentum gratiæ.

IX.

Causa mortis sed beata.

Quemadmodum Virgo sacratissima non obiit propter pœnam peccati; ita in morte sua haud fuit infirmitati aut cuiuis alteri dolori. Mortuus est primò ex obedientia Dei, & iubente Domino, uti dicitur de Moyse; sed melius, ut de Christo Sanct. Cyprianus, obiit ex voluntate & præceptis, & non respondit verbis se obedire, sed inclinari, & tradidit spiritum. Secundò mortua est prout tantum potest intendi inclinatio sursum, quod per inclinationem deorsum, sic mors; & cum supra dicitur, quod loquitur B. Virgo S. Brigitta in reuelatione contemplatione & admiratione Diuina charitatis. Denique mortua est in euidenti & clarâ Verbi vultu in gaudio beatifico ad intuitum dilecti Filii sui incomparabili suauitate, & feruentissima desiderata anima eius sine pœna à corpore, quia si gaudium lætitiæ ex obiecto creato percepta, quando est in visu efficit & causat mortem, ut in multis docuit experientia: quid causabit summum gaudium de sermo in visione clara Dei? non videbit me homo, & vultus eius potest quispiam reuelatâ facie videre Diuinam Effluuiam, & conseruare se in vitâ, quin moriatur, quia quod illud beatum, sublato miraculo, quale fuit in Christo, communicatur corpori, & dum communicatur corpori, resoluit ac consumit omnes vitales ad conseruationem vitæ necessarios, & desuccedit mors, at felicissima & beata: ita aliquid

S. Cypr. super ista verba Inclina te capite.

Alb. Magn. c. 472.

S. Brig. lib. 6. reuel. c. 62.

Carthus. lib. 4. a. 3.

Exod. 35.

ante experti fuere nonnulli Sancti, in particulari vter-
 que Franciscus de Assisio & Xaverius, qui ex dulcedine
 celestis gaudii omnino deficiebant, & si illa non cessas-
 set, & vita corporis sine dubio migrassent: & ad alium
 mundum Sanctum, ne presentiret mortis poenas, Deus
 iussit Prophetam David pulsantem citharam suam, ad
 hunc suavitissimum concentum sancta illa omnia sine a-
 gonia & dolore e corpore & terra euolauit ad caelum;
 quod si huiusmodi igitur gratias legimus concessas aliis
 sanctis, qua ratione similem & cum infinito excessu de-
 in perfectione maiorem denegare possumus Sanctorum
 Reginae? Fuit igitur sanctissima mors sine aliquo timore
 aut dolore, sine agonia, sine turbatione & angustia,
 obitque ex sola obedientia & amore Dei, in visione be-
 nedi. Diuinaeque & Filii, & Dei sui fruitione.

X.

Neque etiam morte interruptus.

Ad hoc continuum & sine vlla interruptione fuit exer-
 cium amoris Dei in sanctissima Virgine, vt non solum
 non ab externis occupationibus; sed neque etiam a so-
 rano impeditum & retardatum fuerit, & quod plus est,
 neque ab ipsamet morte; sed aut eundem continuauit *Suarez.*
 amoris actum in vita & post mortem; aut ab amore vi- *disp. 21.*
 diuiso immediatè transit ad amorem patrie sine me- *sect. 2.*
 moro & interruptione aliqua, & hæc amoris perfectio
 imperebat ei, quæ Mater erat sanctissimi amoris, *Eccles. 24.*
Mater pulchra dilectionis, & timoris, & agnitionis
& sanctæ spei.



No.

Handwritten text in red ink, possibly a library stamp or inventory number, including the letters 'M', 'S', 'D', 'V'.

